



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

B. Jacobvs Alemannvs Conf. 11. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

1. Octob. VITA SANCTORVM. 501.

videbis faciem Domini. Ipse Dominus IESVS ait.
Beati mundo corde: ipsi enim Deum videbunt. Ad-
vertis, quid à te exigatur ut videoas Deum? E-
munda agitur cor tuum. S. Ambr. in Ps. 118.

B. IACOBVS ALEMANNVS CONF.
xx. Octobris.

Elix, (si quidem norit hodie bona sua) Vlma
Sueorum IACOBVM nostrum pperit, & pro-
bè educatum Romam ad DD. Apostolorum limi-
na supplicem misit. Româ Neapolim hic abiit, &
ab Alfonso rege militiæ adscriptus, nullum ho-
stem quam prædam fugit. Quare illa demum ca-
stra placucre, quæ non aliena raperent, sed suis se
spoliarent: id quod ipse etiam fecit, cùm Bononiæ
ad D. Dominicî signa transfit. Hic ille boni militis
partes omnes implere, primus semper ad ducis nu-
num, portarum animi, oculorum inquam, vigilan-
tissimus custos, flamas hostiles casto animo
injectas suffocare illico doctus, sanguinis recorda-
tione à Christo fusi. Iam arma (preces) numquam
posuit, primo mane omnes Divorum aras veluti
stationes militares obiens & semper à castrorum
acie Virgine auspicium sumens. Quid jam mirum,
si miles noster dæmones fustibus pugnantes risit,
præsertim quando cum pugnante, Angeli visi pu-
gnare? si Cyclopem infernum sibi infestum cruce
prostravit, & eadem corvorum Stygiorum agmen
fugavit? Quid? quod & insidias structas Recipu-
blicæ ab orco detexit. Ad D. enim Antonii tumu-
rum cùm lætantes dæmones spectasset, & trium-
phum adornantes ob futuram altero die inter ci-
ves cædem, medius preces suas interposuit, & ci-
vibus pacem, orco pro triumpho luctum pperit.

Fuit

302 VITA SANCTORVM. 12. Officij
Fuit cum ad hortos Elysios avolans ea oculorum
spectacula habuit aurumque illecebras, ut irasci-
retur illis, qui eum avocarunt. Ne igitur quisquam
molestiam revocando ficeret, morte illuc poni redi-
catus abiit. Ex Surio.

Quisquis es, qui divini luminis illustraris splen-
dore, sentisq; ad contemptum mundi provehi, a De-
gnino prestitum noli tibi spernere donum, noli ob-
descere aperire pulsanti. Surge oxyus, & te veleni
rigere manum porrige. S. Laur. Iust. de Cont. mūd.
C. 19.

S. MAXIMILIANVS EP. M. 12. Officij.

MAXIMILIANVM, quo civis Pannonia, Austria
patrono gloriatur, parentes nobiles Celez
genuerunt, lactarunt Gratiae, Musæ eduxerunt.
Talis, inquam, MAXIMILIANVS dignus celo visus
est, quem in suas partes pertraheret; & vero facile
ille obsecundans meliora suadenti, hereditate sua
(quæ opulenta ei erat) ultrò egenis cessit, divitem
se ratus, si centuplo amplius liceret sperare. Iam
honoris etiam umbram cum fugeret, insecentia
men hæc virtutem, Laureaci mitrā sibi devinxit, &
in solium renuentem extulit. Hoc deinde cum
furiæ Decianæ deturbassent. Romam abiit; mox
tamen Xysto II. Pont. Max. auctore rediit, & vi-
ginti ipsos annos munere suo cum summâ laude
est functus. sub hæc in mentem venit, patriis
etiam terris operam suam locare. Et forte En-
ias illi Prætor Christianam pietatem oppugna-
rum ibat. Tanto amplius festinandum sibi ratus
illido advolavit, & suppetias laborantibus in tem-
pore tulit. Sed dum in primâ fronte acrius pugnat,
inter primos gladio cadit. Post hanc tamen tam
nobilicem Hostiam propitia victoria semper post-